UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

Quo[d] differunt porta celi [et] fenestra eius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69610

Visual Library

ꝟgo fieret celū habuit portā. ğ ipa nō ē porta celi ¶ Itē porta nō ītrat 2
ſꝫ ꝑ portā oēs alij intrāt. ſed btiſſima virgo celos penetrauit. ğ nō ē
porta celi ¶ Itē querit qualiter nos iportet. ſi ꝑ exemplū vel ſuffra- 3
giū ſic qlibet ſanctus ē porta celi. Si ꝑ meritū tūc crux xpi eſt porta
celi. qꝛ paſſio xpi aperuit nobis celū Itē iohānis. x. Ego ſum hoſtiū
ergo nō beata ꝟgo. Itē Ezech. xl. ⁊ iohā. in Apoc. xxi. vidit. xij. por-
tas. ğ beata virgo nō eſt tātū porta. ¶ Itē penitētia eſt porta in celo. ğ 4
nō ipa tātū porta celi ¶ Itē iacob Gen. xlviij. Non eſt hic aliud niſi 5
domus dei ⁊ porta celi. ğ eccleſia ē porta celi ¶ Item ſi vis ingredi ad 6
vitā ſerua mādata. ergo obſeruātia mādatoꝝ eſt porta celi ¶ Contra Contra
ꝓprietas porte eſt importare ⁊ exportare Sꝫ nec mādata nec peni- 1
tētia exportāt ſed tm̄ importāt. Sed btiſſima virgo ⁊ egrediētes ex-
portauit ⁊ ingreſſores importat. ğ ipa ē ꝓprie porta ¶ Itē xpus im- 2
portat ſꝫ nō exportat ¶ Itē porta poteſt eſſe in hoſtio ¶ Itē in templo 3 et 4
fuerunt duo hoſtia. que ſimul aperiebant ⁊ claudebant. ğ ⁊ in celo
dominus ⁊ beata virgo ¶ Itē Aug⁹. hoc adoptauit. illa fides ſana ē 5
qua credimus nullū hoim ſiue maioris ſiue minoris etatis liberari a
ꝯtagione mortis ⁊ obligatione pctī quod prima natura ꝯtraxit niſi
ꝑ vnū deū mediatorē ieſum chriſtū. Itē ibidē. Eadē fides que nos
ſaluat multos ſaluos faciebat antiquos ¶ Itē Gregori⁹ ſup Ezechi. 6
dī ꝙ qui ꝑibant ⁊ q̄ ſequebant clamabant oſanna ⁊c. qꝛ oēs electi q̄ in
iudea poterāt eſſe vel nūc ſunt in eccleſia. in mediatorē dei ⁊ hominū
crediderūt ⁊ credūt Ex his ptꝫ ꝙ fides mediatoris ē que introducit fides mediato.
credētes. ⁊ illum mediatorē implicite vel explicite oportebat credi
eſſe natū de virgine. Et ille eſt pmus articulus de hmōi mediatore. et
ſic fides incarnati de virgine inqʒtū de virgine omēs portat in celos
ğ ipa eſt ꝓpria porta. ğ ⁊c. ¶ Iuxta hec querit qualiter differat celi Querit.
porta ⁊ feneſtra celi. ⁊ qualiter beata virgo dicat vtrūqꝫ. Ad hec dici
mus ꝙ beata virgo ꝓprie dr̄ porta celi. qꝛ ꝑ ipam exiuit quicqd gra
tie vnqꝫ creatum vel increatum in hunc mundum venit vel ventu- Maria ē por
rum fuit. omnium eſt bonorum mater. ⁊ mater gratie ⁊ mater miſe- ta celi
ricordie. ⁊ etiam ipſa gratia increata tanqꝫ aqueductus exiuit ab ip-
ſa ⁊ venit in mundum. Item per ipſam intrauit quicquid vnqꝫ bo-
ni de celis in terram deſcendit ⁊ econuerſo. Unde dicit filius eius E
Sapientie ſeptimo. Uenerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Porta tēpli
Unde ipſa eſt porta templi ſpecioſa que filio exeunti per ipam fuit
clauſa. Unde Ezechielis quatrageſimoquarto. Porta hec clau-
ſa erit. egredietur princeps per ipſam. Hec porta omnibus intrare
volentibus eſt ꝑuia. vnde ipſa eſt duodecim porte. quia ipſa ex
omni parte mundi tria hominum genera viduas coniugatas et
virgines apportat et etiam importat. Eſt autem non ſolum por-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Maria ẽ feneſtra.

ta importãdo hoĩes. ſꝫ ⁊ feneſtra ꝑ quã lux venit in hũc mũdũ. ⁊ lux
que de terra orta ẽ de ipa procedẽs penetrauit celum. lux illuminans
celum ⁊ mundum. Ex quo patet qualiter glorioſa virgo eſt por-
ta et feneſtra celi.

Rõ prima.

NR Duodecimo de priuilegio qḋ ẽ cõicatio paſſionis ¶ Et vide
tur ſm ꝙ exponit̃ pͥmo ꝙ nõ fuerit ei paſſio cõicata per illud
Iſa. lxiij. Torcular calcaui ſolꝰ ⁊ de gẽtibꝫ nõ erat vir mecũ. Glo. tor
mẽta ſuſtinui. Itẽ glo. Solꝰ ſamſon pciſus crinibꝫ fuit ⁊c. Iudi-
cum. xvi. nec angelꝰ nec archãgelꝰ. nec q̃libet celeſtis ſpũs. deniqꝫ hu
mani gñis nullꝰ vt gẽtilis vel iudeꝰ ſꝫ ſolꝰ deꝰ pugnat vel ſupat. g̃
2 nulli ẽ paſſio cõicata. ¶ Itẽ oẽs alij ſt̃ in ſtatu ſaluãdoꝝ ⁊ redimen-
doꝝ. ipe ſolꝰ redẽptor ⁊ ſaluator. ſꝫ ad redẽptõeꝫ paſſio ꝑtinꝫ. g̃ ipe ſo
3 lꝰ fuit paſſus ¶ Itẽ in imolatõe yſaac ⁊ oĩbꝫ alijs figuris paſſiõis nũ
q̃ꝫ figurat̃ ſub ꝑticipatõe pluriũ. g̃ ⁊ in figurato tm̃ dꝫ eẽ paſſus vnꝰ
4 ꝓ oĩbꝫ ¶ Itẽ ps. Singulariter ſum ego donec trãſeã Et ſic videtur ꝙ
cõicatio paſſiõis nõ ẽ priuilegiũ btiſſime virginis. eo ꝙ nõ fuit cõi-
5 cata alicui creature ¶ Ecõuerſo videt̃ ꝙ nõ poſſit eẽ priuilegiũ btiſſi
me virgĩs eo ꝙ pluribꝫ ⁊ non ipi ſoli fuerit cõicatũ. qḋ ꝓbat̃ ꝑ illud
Iob. xix. Pelli mee ↄſumptꝫ carnibꝫ meis adheſit os meũ Glo. Gre
go. In oſſe fortitudo. in carne corpis ĩfirmitas deſignat̃. ꝑ os xp̃s. ꝑ
carnẽ diſcipuli deſignãt̃. q̃ tp̃e paſſionis infirmi fuerũt. ꝑ pellẽ q̃ ex-
terior ẽ femine ſancte deſignãt̃ q̃ exterioribꝫ deo miniſterijs ſeruierũt
q̃re g̃ ↄſumptis carnibꝫ os dñi adheſit pelli ſue. qꝛ fortitudo eiꝰ fugi
entibꝫ ſe diſcipulis inuenit iuxta ſe mulieres g̃ nõ ſoli marie tp̃e paſ
6 ſionis cõicata ẽ paſſio vel fides paſſionis. ¶ Itẽ ioh. xviij. Stabat
iuxta crucẽ ieſu mater eiꝰ ⁊ ſo. ⁊c. g̃ ipa nõ ſola ↄſors paſſionis Item
in cruce dixit ieſus matri. Ecce filiꝰ tuus Deinde dixit diſcipulo Ec

Maria iohãni ↄmittit̃

ce mater tua. Hic nota q̃liter btũs iohãnes honorat̃ tãto priuilegio
vt filiꝰ virginis diceret̃. ⁊ vt ſibi mater dei ↄmitteret̃. nec h̄ factũ fuiſ
7 ſet ſi nõ fuiſſet fidelis ſeruus ⁊ prudẽs cui ↄmitteret dñs matrẽ ſuã
ſi aũt fidelis. g̃ habuit fidẽ ⁊ paſſionẽ ¶ Itẽ Marci. xiiij. Adoleſcẽs
ſeq̃bat̃ eũ ſyndone ſup nudo amictus. at tenuerũt eũ. ⁊ ille relicto ſin
done nudus ꝓfugit ab eis Glo. ab eis quoꝝ preſentiã execrabat̃ ⁊ fa
cta. non a deo cuius amore etiã abſens cor perſeuerauit in mente. ſed
charitas non eſt ſine fide. ergo iohãnes habuit fidem compaſſionis
Item lazarus fuit nuper ſuſcitatus in anima ⁊ corpore. ⁊ multa de
penis infernalibus narrauit. vt dicit Chryſoſtomus. de illo igitur
8 qualiter opinabile eſt ꝙ tamcito ceciderit a fide. ¶ Itẽ latro in cru-
ce per veram penitentiam placuit deo. ſed ſine fide impoſſibile eſt pla
cere deo. igitur habuit fidem ⁊ compaſſionem. igitur hoc non eſt pri
uilegium domine noſtre quod poteſt etiam latroni conuenire.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN